

1633. in Augusto. et Ibr.

559


Excerpta ex Diario Alberti Prin:
cipis Radziwylj Supremi Cancellarij
Magni D^s Litt^o

In Augusto

202

Interim a Turcis metus, et omnia
terrore in Polonia plena erant. Nam
Bassa Asi, qui antea Turcarum Impe:
ratori rebellem se gesserat, impulsus
pollicitis Moschovitarum, conscripto e:
xercitu imparatos nos aggredi presumpse:
rat, pacem ostentans, liberis missioni:
bus pacata preeserebat, bellum ani:
mo volvens. Generalis Konicopolius
Castellanus Cracoviensis affecta per:
fidia Turcica cum discedente rege in
Moschoviam Vice rex constitutus fuisse,
providendo indemnitati reipublice ad
arma conclamare iussit, alios spe, a:
liis premijs, alios precibus adferendam
opem invitans, fitque preparatio, qua
celeritas temporis conatusque ejus
coadunare poterat. Chan vero Tar:
tarorum a rege nostro ad depopu:
landam moschoviam per Legatos eo:
rum ad Comitum Coronationis missos
largitione evocatus usque ad civi:
tatem Muscoviam sedem ducatus,

omnia



omnia praeda, rapinis, rogo depopula-
tus est, sed tantum quingentos capti-
vos e Moschovia eduxit. Nam dux
Moscovia se, ducatumque a^{de} vasta-
tione Tartarorum centum millibus
rublorum s. quorum unus quatuor flo-
renis nostratum valere estimatur. su-
num quemque captivum uno Hun-
gario redemit. Ita vacui hominibus
auro pleni rediere.

In Septembri.

Initio Septembris. Rex castra ad
Smolenscum ingressus, hoc mense et
sequentibus bellum feliciter gessit.